

GED E O N

I N H A R A D.

M E L O D R A M A

Decantandum in Sacello SS. CRUCIFIXI
Ven. Archiconfraternitatis S. Marcelli de Urbe.

*Feria sexta post Dominicam secundam Quadragesimæ
23. Martii Anno salut. 1696.*

Ad modulus Concinnatum

A D. GREGORIO COLA
R O M A N O

ILLUSTRISS. ET EXCELLENTISS.

PRINCIPIS SABELLI
Aulico.



R O M Æ, M D C X C V I.
Ex Typographia Joannis Francisci Buagni.

Superiorum permissu.

INTERLOCVTORES.

Gedeon Judex Israel.

Phara fervus Gedeonis.

Oreb)
Zeb) Viri Madian.

Chorus Israel.

Chorus Madian.

Echo.

ARGOMENTO DELLA PRIMA PARTE.

DEstinato dall'Onnipotente con molti prodigii il valoroso Gedeone à liberare il Popolo Israeltico, da Madianiti tirannicamente oppresso, s'accinge con ogni prontezza all'opra. Dispone inmantinentemente un numerofo Essercito: Di trenta due mila Guerrieri era composta la sua Milizia. Erasi accampata vicino al fonte Harad. Per Divino comando intima alle sue truppe, che qualunque avesse timore, si partisse. Ventidue mila à tali proteste si licenziarono: Pure delli dieci mila restati viene da Dio Gedeone astretto sciegliere quei soli trecento, che lambirono l'acque, come dal sovrano Signore à sì magnanima, e gloriosa impresa eletti. Sente indi frà gli orrori della notte incognito raccontare da uno de nemici, avere veduto in Sogno scendere certo Pane dentro le squadre Madianitiche, quale percotendo il padiglione, affatto lo distruggeva: Ed ascolta insieme da un altro, essere tal sogno interpretato fatale a' Madianiti, e faustissimo agl'Israeliti: Ordina perciò Gedeone con nuovo militare stratagemma la battaglia, per ottenere la presagita vittoria contro li Madianiti, Amaleciti, e tutti li Popoli Orientali adunati; che à guisa di locuste, e come arena del mare, coprivano il campo.

Doppo la prima Parte sermoneggiarà l'Autore dell'Oratorio.

DELLA SECONDA PARTE.

LO stratagemma di Gedeone fù dividere li 300. suoi Guerrieri in trè parti, ed allestirli con trombe, e vasi di creta vuoti nelle mani, con accese faci dentro li medefimi vasi; imponendo à tutti, che ciascuno facesse, quanto lui averebbe fatto; cioè, che suonando egli la tromba, effi pure intorno le Squadre ostili la suonassero, gridando; *Domino, & Gedeoni*. Entrò Gedeone con gli accennati suoi combattenti à mezza notte in una parte dell'Essercito nemico, e suscitò le guardie, fece rimbombare le trombe, e fece cozzare insieme li vasi di creta. Al rimbombo delle trombe, ed al fragore de vasi, che si ruppero, tenendo gl'Israeliti nelle sinistre le accese faci, ed esclamando *Gladius Domini, & Gedeonis*, fuggirono spaventati li nemici con urli, e strida: nientedimeno insistendo li trecento Guerrieri à suonare, e gridare, gli atterriti fuggitivi trà loro confusi trucidavano: E proseguendo il Popolo eletto à perseguitarli, restarono prigionieri due principali de i Madianiti, Oreb, e Zeb: a' quali troncate le teste, furono portate per trofeo à Gedeone di là dal Giordano.

Ex lib. Judic. cap. 7. per totum.

PARS PRIMĀ.

Ged.

A Rma capite: sumite arma: Ad aquas, ad aquas:
incertos, instabiles bellorum eventus, Milites,
speculemur in undis.

1 Bellandi,
Terrendi
Me torquet libido;
Pugnandi,
Vincendi
Exardet cupido.

2 Pugnaces
Bellorum
Me vocant labores:
Audaces
Armorum
Compellant rumores.

Sudor humorem Lauris nisi donat,
Militum crines Laurus non coronat.

Phar.

*Judic. c.
7. n. 6.*

Gedeon, fortissime Ducum, audi: Fuit numerus
eorum, qui manu ad os proiiciente lambuerant
aquas, trecenti viri: Omnis autem reliqua multi-
tudo flexo poplite biberat.

1 Quisquis dominatur,
Admittat selectos:
Aufferre neglectos
Quid ergo moratur?

2 Quam gravis est mora,
Quae tollit honores,
Dat ubi victores,
Vel dies, vel hora!

Ged. Ubi sunt castra Madian?

Phar. Disperguntur subter in valle.

Ged. Militum qualis numerus?

Phar. Innumeri sicut locustæ.

Ged. Non timebo : superabo : mihi Dominus ait :

Judic. c. 7. n. 7. In trecentis viris qui lambuerunt aquas, liberabo vos, & tradam in manu tua Madian.

Phar. Discedamus,

Ged. Festinemus :

Phar. Descendamus,

Ged. Oppugnemus :

Phar. Nil timendum,

Ged. Nil pavendum :

Ch. Isr. Deus est nobis Heros.

Oreb. Vivat Madian :

Zeb. Vivat Amalec :

Ch. Mad. Quis pugnabit contra nos ?

Oreb. Nec Gedeon, nec Phara oppugnabunt :

Oreb. & *Zeb.* pro Madian triumphabunt.

1 Martis feri, & potentis

Furialis surgat ira :

Meditetur, ponat dira

Furor populi frementis.

2 Addunt vim speratæ laudes,

Dum pugnandi ardor movet ;

Et si fors audaces fovet,

Dant vincendi modum fraudes.

Zeb. Jam noctis horror instat : umbrarum terror imminet.

Umbra noctis cælat Polos,

Et audaces reddit hostes,

Donec patent lucis postes,

Movet umbra in arma dolos.

Hinc ad pugnam armatæ

Sine mora, sine requie

Custodiæ vigilate :

Ch. Mad. Vigilamus.

Zeb. Vigilantes excubate :

Ch. Mad. Excubamus.

- Zeb.* Excubantes phalanges deridet e :
Ch. Mad. Deridemus .
- Zeb.* Deridentes insidias explorate :
Ch. Mad. Exploramus .
- Zeb.* Explorantes Idumæas fallacias præcavete :
Ch. Mad. Præcavemus .
- Zeb.* Præcavententes Hebræos observate :
Ch. Mad. Observamus .
- Zeb.* Per noctem inter umbras sopore membra quiescant ;
 Major confurget pugnans post otia virtus .
- Ged.* Phara, tacitus sis: Et dum filens quiesco; abeas, Phara,
 exoro .
- Phar.* Pronus imperium Ducis ego adoro .
- Zeb.* Nox mater amorum ,
 Et amor curarum :
 Nox cura poenarum ,
 Et poena furorum .
- Dormi , Oreb , jucundè :
 Per somnum tuum non figuratur mors ,
 Pro dormiente Oreb vigilat fors .
- Oreb.* Zeb quid agis ?
- Zeb.* Oreb quid habes ?
- Oreb.* Oh , quale vidi portentum !
 Horruerunt , tremuerunt mea lumina somnio .
- Zeb.* Somnia fortilegas docuerunt usibus artes .
- Oreb.* Jam scio , quòd cantare soles hæc visibus altis :
 1 O quàm decipitur humana mens !
 Solùm phantasma demonstrat nox ,
 Et dum per somnia auditur vox ,
 Delirat facilis credendo gens .
- 2 Noctis phantasmata non curat Dux ,
 Est quibus similis caducus flos ;
 Sunt quasi tenuis in velo ros ,
 Sunt quasi transiens per alta lux .
- Sed tu falleris ; crede Zeb ; tu deliras .

Zeb. Narra igitur, Oreb; quid suspiras?

Oreb. Vidi somnium: Et videbatur mihi quasi subcinericus
Panis ex hordeo volui, & in castra Madian de-
scendere.

*Judic. c.
7. n. 13.*

Zeb. Horrendum probè monstrum!

Oreb. Cumque pervenisset ad tabernaculum, percussit il-
lud, atque subvertit, & terræ funditus coæquavit.

Jud. ibi.

Zeb. 1 Dolores,
Angores
Catenis,
Et pœnis
Quid me contorquetis?

2 Horrores,
Terrores
Portentis,
Tormentis
Cur me perterretis?

Superabimur,

Trucidabimur:

Castra non moveantur:

Jam perdidimus omnia:

Omnia perdantur.

Non est hoc aliud, nisi gladius Gedeonis:

Tradidit enim Dominus in manus ejus Madian,

Et omnia castra ejus.

Oreb. Somnia sunt nugæ, larvæ, & deliria mentis.

Quàm benè formidas! Nobis sunt umbra futuri.

1 Astra Cœli qui contorquet,

Priusquam ab Axe tonet,

Per fatales visus monet,

Et à malo nos retorquet.

2 Stulta mens visus spernendo,

Per nocturna documenta:

Ridet Cœli monumenta,

Quæ sunt vera non credendo.

Ged. Surgite, surgite, Israelitica agmina :
 Relatum audivi somnium.
 Interpretationem ejus adoravi.
Iud. c. 7. n. 15. Surgite, tradidit enim Dominus in manus nostras
 Castra Madian.

Dum Tonantis jussa adoro,
 Coelum fervidus exoro,
 Ut victorem faciat me :
 Per furores, & ardores,
 Per labores, & sudores
 Palmas Israel imploro,
 Quis festivus ornet se.
 Dum Tonantis, &c.

Phar. Tuum est, Gedeon, serere, & metere palmas.

Ged. 1. Ardor cordis surge, surge,
 Et terrores procul urge,
 Nova vincendi spe
 Non est hæc dira tempestas,
 Verùm Coeli alta Potestas,
 Quæ resurgit viva in me.

Phar. 2. Fuge, fuge terror mortis,
 Non timore duræ fortis
 Cadit secura spes :
 In ostentis, & portentis
 Per cervices Orientis
 Triumphalis currat pes.

Ged. In tres partes trecentos viros divide :
Iud. c. 7. n. 16. Qui tubas, lagenasque vacuas, ac lampades
 In medio lagenarum habeant.

Phar. Imperio cedunt omnes.

Ged. Ingrediar partem Castrorum, & quod fecero secta-
Iud. c. 7. n. 17. mini.

Phar. Quid cogitat Madian ?

Ged. Madian pacificè dormit.

Phar. Opprimamus.

Ged. Oppugnemus:

Phar. Et pugnantes,

Ged. Et bellantes.

Phar. à 2. Triumphemus.

Ged. à 2. Milites surgite:

Phar. Buccinas tollite,

Ged. Galeas premitte,

Phar. Spicula mittite,

Ged. Populos subdite,

Phar. Prælia gerite,

Ged. Agmina vincite:

Phar. Gloria divites

Ged. à 2. Surgite Milites.

Ch. Isr. Surgamus, vincamus.

Ged. à 2. Gladius Israelis prævalebit.

Phar. Gedeonis

à 2. Et Domini Victoria resplendet:

Nos Deus electos ad grandia fecit in undis.

Finis primæ Partis.

A L L E G O R I A.

Christus Dominus humanum genus redempturus, redemptionem inchoat baptizatus in Jordane; ut & veterem Adam sepeliat in aquis; ideòque ascendit de aqua, secum quodammodo demersum educens, & elevans mundum. S. Greg. Nazianz. orat. in sanct. Luminar.

PARS SECUNDA.

Ged. **V**icinus, ò Fortes : præcedunt prælia palmæ :
Dux est Omnipotens cum Gedeone Deus .

Ged. Tubæ sonent :

Phar. à 2. Conclamate :

Voces tonent :

Personate :

Ged. Laudes date

Judæ valido Leoni .

Ch. I. fr. Domino, & Gedeoni .

Ged. Turmas latentes

Facibus quærite ;

Hostiles gentes

Vocibus temnite .

Phar. Personate :

Ged. à 2. Voces tonent :

Conclamate :

Tubæ sonent .

Phar. Gloria surgat Judæ Leonis :

Ch. I. fr. Gladius Domini, & Gedeonis .

Ged. Buccina clangite ,

Phar. Rumpite , frangite ,

Ged. Concavas amphoras ,

Phar. Patulas hydrias ,

Ged. Scindite , findite .

Phar.

Ged. Luteas pateras ,

Phar. Fictiles urceos ,

Ged.

Phar. Tundite , fundite .

Ged. Buccina clangite ,

Phar. Rumpite , frangite .

Ged. Rumpite ,

Phar. Trans Jordanem abi, & expecta;
Victos feram cervice resecta.

Superbos imbelles
Triumphans calcabo:
Protervos rebelles
Severus necabo.

Oreb. à 2. Parce, Phara, subiectis:

Zeb.
Phar. Nil pejus hostibus tectis.

Oreb. à 2. Hostes serua timentes:

Zeb.
Phar. Non formidant audentes.

Oreb. à 2. Salua quaeso precantes:

Zeb.
Phar. Non rogant blasphemantes.

Oreb. Quid ergo nobis?

Zeb. Quid statuendum?

Phar. Unica restat spes: Est moriendum.

Colla date

Recidenti,

Cor parate

Ferenti;

Urget fatum

Destinatum:

Desperate:

Colla date.

Oreb. Ad dolores, ad angores
Dum vocamur, desperemus:
Et mortales per mœrores
Fatum nostrum deploremus.

Zeb. O charæ meæ pupillæ,
Vos mea moveat mors:
Mestæ descendant mille,

Dum mori jubet fors,
Lachrymæ amaræ:
Vos mea moveat mors, pupillæ charæ.

Ch. Isr. Plaudite, plaudite.

Vn. ex Ch. Interfecit Oreb in petra Oreb, Zeb verò in torculari Zeb.

Iud c. 7. n. 25.
Ch. Isr. Plaudite, plaudite.

Ged. Inviçtam,

Phar. Deviçtam,

Ged. Prostravimus Cohortem,

Phar. Irrisimus

Ged. Severam,

Phar. Et feram

Ged. Obtulimus mortem.

Phar. Intulimus

Ged. à 2. Madian cessit reus:

Phar.

Phar. Vivat Gedeon;

Ged. Pugnavit Deus:

Et pugnans luteis vasis fera castra subegit.

O venti rapidi,

Festivi, placidi,

Sentite,

Volate

In tanta gloria:

Sufurrate,

Murmurate,

Venite,

Narrate;

Quanta victoria!

F I N I S.

A L L E G O R I A .

Christus Jesus; in quo sunt omnes thesauri sapientiae, & scientiae absconditi; vas fictile (idest infirmitatem naturae humanae, juxta S. Ambros. in epist. 2. ad Corinth. c. 4.) induit, & de hostibus triumphaturus in Cruce, vas fictile humanitatis confringi passus est: Et ita Redemptor noster, Gedeonis opere, & nomine praefiguratus, per trecentos viros (qui numerus in Tau litera continetur, quae Crucis speciem tenet) scilicet per Crucem, nos à daemone servitute, ac tyrannide liberavit. Sanctus Gregor. Pap. lib. 30. Moral. cap. 17. Ruper. Abb. in Judic. lib. 1. cap. 11.

